



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Distinct. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Cap. 7. ad
medium ca-
pituli.

fit cum dicitur Christus factus vel simpliciter, vel cum additamento: ut factura, scilicet, creatura non assumptum Deum, sed ad assumptum hominem referatur. In Deo enim creatura esse non potest, ut Ambr. ait 1. li. de fide. Nunquid dicto factus est Christus? Nunquid mandato creatus est Christus? Quomodo autem creatura esse in Deo potest? Etenim Deus naturae simplicis est non coniunctae atque compositae: cui nihil accidat, sed solum quod diuinum est in natura habeat sua. Et si ergo Christus secundum hominem dicitur creatura, non tamen simpliciter participans est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura, potest quis progredi sic arguendo. Si secundum quod homo Christus est creatura, vel rationalis vel non, vel quae est Deus, vel non, nitens per hoc probare Christum esse aliquid non diuinum, quia quod ipse est secundum hominem, ipse est. Et ideo si secundum hominem est aliqua substantia non diuina, est utique aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio, illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura, vel simpliciter, vel cum adiunctione.

AN HOMO ILLE SEMPER FVERIT VEL
caeperit esse.

Aug. tract.

106. ad illud
Ioan. 17.

Tui erans
mihieos
dedisti.

Idem tract.

106. ad illud
claritatem
quam habui,
priusquam
mundus
fieret.

DISTINCT. XII.

POST praedicta queritur. Vtrum homo ille ceperit esse vel semper fuerit: sicut simpliciter enunciamus Christum vel Dei filium semper fuisse, nec coepisse. De hoc Aug. ita inquit super Ioan. Habuit aliquando Dei filius, quod nondum habuit idem ipse homo Dei filius: quia nondum erat homo. Item idem in eodem. Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Idem super Psal. Christus noster, et si forte homo recens est, tamen est aeternus Deus. Alibi verò legitur, quod puer ille creauit stellas. Et Christus dicit

dicit se esse principium, & esse ante Abraham. His ergo aliisq; auctoritatibus in nullo resultantes, dicimus hominē in quantum homo est, cœpisse, in quantum verbum est, semper fuisse. Hic n. absque distinctione non est ferenda responsio. Nam & ipse Aug. huiusmodi utitur distinctione in pluribus locis, dicens per Christum omnia esse facta in quantum verbum est: Secundum illud verò quod homo est ipsum esse factum & glorificatum. Si ergo ad personam respicias, confitenter dic hominem illum semper fuisse: si vero ad naturam hominis, concede eum cœpisse.

Ican. 17.

Aug. aduer-

sum hunc. 8.

Psal. 80.

Israel, si me-

audieris, nō

erit in te

Deus recens

10. 8. c. 8. g.

Responsio.

Li. de tri. 13.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

c. 19. in med.

Si Deus alium hominē assumere potuit vel al' unde quam de genere Ade.

B

SOLET etiam quæri, vtrum alium hominē vel aliunde q̄ de genere illius Adam Deus assumere poterit? Ad quod sanè dici potest, ipsum & aliā animam & aliam carnē potuisse assumere: quia gratia tantum assumpta est anima illa, & caro à verbo Dei. Vt n. ait Aug. In rebus per tempus ortis illa sūma gratia est, quod homo in vnitatem personæ cōiunctus est Deo. Potuit ergo Deus aliam animā & aliam carnē assumere: & carnē vtriq; aliunde q̄ de genere Adam. Vnde Aug. in li. 13. de trinit. Potuit itaq; Deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei & hominum, nō de genere illius Adam, qui peccato suo obligavit genus humanum, sicut ipsum quē primo creavit, non de genere cuius creavit. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnum alium, de quo vinceretur, victor prioris. Sed meli⁹ iudicavit, & de ipso q̄ victū fuerat genere assumere hominē, per quē hominis vinceret inimicum. Et tamē ex virgine, cuius cōceptum spiritus nō caro, fides nō libido puenit, nec interfuit carnis cōcupiscentia, qua ceteri cōcipiuntur qui originale trahunt peccatum: sed credendo, nō concumbēdo facta est fœcundata vir-

Cap. 18. In

principio.

Nn 4 gini-

gnitas. Ex his aperte ostenditur, & alium & aliud de hominem Deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare, vel non esse Deus. C

Ideo non immerito queritur, Vtrum homo ille potuerit peccare, vel non esse De⁹? Si n. potuit peccare, & potuit damnari. Si potuit damnari, potuit non esse Deus, ergo si potuit peccare, potuit non esse Deus: q̄a esse Deum, & posse velle iniquitatē, simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est, vtrū de persona, an de natura agatur. Si n. de persona agitur, manifestū est q̄a peccare nō potuit, nec Deus non esse potuit. Si vero de natura, discutiendum est. vtrū agat de ea vt verbo vnita, an de ea tanquā nō vnita verbo, & tamen enti: i. an de ea secundū quod fuit vnita verbo, an de ea secundū quod esse potuit, & non vnita verbo. Non est enim ambiguum, animam illam entem vnitam verbo peccare non posse: & est sine ambiguitate verum, eandem si esset & non vnita verbo posse peccare.

Quorundam oppositio quod potuerit etiam vnita peccare. D

Quidam tamen probare conantur etiam eam vnitam verbo posse peccare: q̄a liberum arbitriū habet & ita potest flecti in vtrāq; partē, quod friuolum est: cum & angeli liberū arbitrium habeāt, & in gratia à Deo sint confirmati vt peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo, cui Spir. est datus sine mensura? Inducunt quoq; auctoritatē ad probandū idē. Scriptū est n. in lib. Sap. Qui potuit trāsgredi, & nō est trāsgressus, facere malū, & non fecit. sed hoc accipiendum est secundū mēbra, vel partim de capite, partim de membris. De capite, Non est trāsgressus, & non fecit malum. De membris, potuit trāsgredi, & facere malum.

Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri. B

Solet etiam quæri, quamuis curiosè, à nonnullis. Si Deus humanā naturā potuit assumere secundum

*Ioan. 3. d
Eccl. 31. b*

dum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eū potuisse assumere hominem in fœmineo sexu, ut assumpsit in virili. Sed oportunius atque conuenientius factum est, ut de fœmina nasceretur, & virum assumeret, ut ita vtriusq; sexus liberatio ostēderetur. Vnde Aug. in l. 83. q. Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. ergo qui a virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, cōsequens erat & fœminei sexus liberatio. Hinc apparet, quia ille vir de fœmina natus est. Sapientia ergo Dei, quæ dicitur vnigenitus filius, homine suscepto in utero & de utero virginis, liberationem hominis indicauit.

Quæst. 11. in tom. 4. ad finem.

SI CHRISTVS SECVNDVM NATVRAM
hominis in sapientia, & gratia proficere potuit, & profecit.

DISTINCT. XIII.

A

PRÆTEREA sciendum est, Christum secundū hominē ab ipsa conceptione gratiæ plenitudinem recepisse: cui spiritus datus est nō ad mēsuram, in q̄ plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita vero habitat, ut ait Aug. ad Dardanū, quod omnia gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis. Ut in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed nō quantum in capite (Ibi n. & visus est, & auditus, & olfactus, & gustus & tactus: in cæteris autē solus est tactus) Ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis: quia ille est caput in quo sunt omnes sensus. In sanctis vero quasi solus est tactus: quibus datus est spiritus ad mēsuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem: quia nunquam illam eandē essentialiter, sed similē acceperunt gratiā. Puer ergo ille plenus sapiētia, & gratia fuit ab ipsa cōceptione. Vnde Hier. rectē dicit. Nouum faciet Dominus super terram, mulier circūdabit virū, quia in utero

Quomodo v. bi seu Christi in carnatio or- dinatur ad nostram redemptionē, quantum ad plenitudinē gratiæ & sapiētiæ simul ad Coloss. 2. b. Aug. epi. 57. ad h. n. 10. 2. Ioan. 1. b.

Hier. 31.

N n 5 virginis